



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Eliseus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

Impotentia. n. 345.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

RESOLUTIO : Si illa , cum qua maritus vere commisit incestum adulterinum , si uxori consanguinea intra secundum gradum ( vel vicissim ) ille ( vel illa ) incurrit impedimentum peccandi debitum sub mortali , quamvis innocenti debitum reddere possit , ac teneatur. Habetur expresse in iure toto titulo , de eo , qui cognovit consanguineam uxoris suae : estq. communis omnium DDum.

### Impotentia.

#### CONFERENCE. XXXVIII.

345. **U**Nn aliqua mulier conqueritur de magna difficultate & multo dolore , quem experitur in consummatione actus conjugalis ; ideoque petit divortium viro dissentiente , an iuste ?

ꝛ. Si difficultas ista non impediatur veram coitionem in vase naturali , eam non dirimere Matrimonium. Sic enim exprimitur in cap 2. de Coniugiis leproforum. Et Tit. frigidis & maleficiatis. Ubi definitur , valere matrimonium ejus , quæ potuit per incisionem sine mortis periculo apta reddi copulæ : quod utique non fit absque doloris discrimine : igitur , &c.

CON.